

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

BIOGRAFIE C.R.S.

n. 2723

---

---

---

---

---

Curia Generalizia - Roma



# PRIMO DE' CONTI, EUPILIESE

Da 'Philerasmus' a martello degli eretici: l'interessante parabola biografica di un nostro concittadino del '500, protagonista nella storia culturale e religiosa d'Europa. Da Carella alla Germania, da Corneno al Concilio di Trento fino alla collaborazione con san Girolamo Miani e san Carlo Borromeo. Una figura importante da non dimenticare.

**VENERDI 12 NOVEMBRE 2010**

ORE 20.45

**SALA CONSILIARE - PALAZZO COMUNALE**

Via Strambio 6, Eupilio

*Conversazione storico-biografica con la dott.ssa **Valentina Lozza**, che ha dedicato al nostro illustre concittadino una tesi di laurea approfondita, capace di scavare approfonditamente tra le pieghe del suo spessore religioso, letterario e culturale.*

*La parabola di "messer Primo" verrà collocata nello sfondo della situazione cinquecentesca degli abitati che attualmente compongono il Comune di Eupilio*

in collaborazione con

*Archivio Generalizio Chierici Regolari Somaschi*



Comune di Eupilio  
Settore Cultura

**Storia e tradizione**  
Programma Culturale Eupiliese 2010

info@comune.eupilio.co.it  
www.comune.eupilio.co.it

→ da mettere in  
cartella dopo con  
si Prato DE conti

→ 66-31

FONTANA ROBERTO

Cenni storici  
sulla Accademia dei Trasformati  
di Milano

ARCHIVIO STORICO PP. SOMASCHI  
Genova - S. Maria Maddalena



de studiis mediolanensibus ». L'opera del Maioragio e dei suoi collaboratori si deve inserire in quel rifiorimento degli studi umanistici che si ebbe verso la metà del secolo sedicesimo e che preluse all'organizzazione degli studi, che si sarebbe avuta poco dopo sotto l'influenza degli ordini religiosi di nuova fondazione. L'Accademia dei Trasformati nasce il 1546<sup>(1)</sup>, ma non sappiamo ora, né forse lo si saprà mai, quando cessò. La diffusione della cultura fu uno dei compiti che si prefisse il Maioragio e tutta l'Accademia dei Trasformati; per ottenere questo effetto il Maioragio aveva anche proposto ad Alfonso d'Avalos governatore di Milano la fondazione di una biblioteca per la formazione della gioventù « viva voce praeceptorum et praestantium auctorum scriptis »<sup>(2)</sup>.

Purtroppo il desiderio del Maioragio non conseguì l'effetto; il progetto sarebbe stato poi attuato da Federico Borromeo. Conosciamo i nomi dei fondatori dell'Accademia dei Trasformati: Camillo Rho, Andrea Giussano, Cesare Regni, Francesco Mantegazza, Carlo Visconti, il Maioragio, Filippo Pirogallo, Ottaviano Arciboldi. Erano tutti uomini eccellenti non solo per nobiltà di stirpe, ma anche per studi, in modo particolare la medicina.

Il Maioragio chiamò sempre questa Accademia coi nomi più elogiativi, ed era naturale, no-

bilissimum conventum, lectissimorum hominum coetum, florentissimam congregationem. Poi si era affievolita. Tra il momento del suo sonno e quello del suo risveglio vi sta la colonia Insubre di Arcadia. Essa ebbe in Milano varie sedi, raccolse una ricca biblioteca che formò il primo nucleo della Braidenese, e che fu poi incrementata dal conte Pertusati, il quale le fornì definitivamente la sua casa, e che vi infuse un virile impulso additandole un più vasto orizzonte ed estendendo l'oggetto dei suoi studi a tutte le scienze, particolarmente le fisiche-matematiche, dotandola anche di un ricco gabinetto di fisica sperimentale.

Sembra che l'Accademia Insubre sia stata rifondata poco prima del 1716 per opera soprattutto di Francesco Puricelli, col nome di Orti Erculei, prendendo il nome dalla statua di Ercole che si ergeva nei giardini del conte Pertusati. Uno dei frequentatori fu Gabriele Verri, padre di Pietro e di Alessandro, il quale quando si affievolì e piano piano si spense la Colonia Insubre, si consolò e si congratulò con l'Imbonati di averla fatta risorgere con un'altra « eruditissima », che era quella dei Trasformati.

Era facile allora unire nella stima l'una e l'altra Accademia, anche perché alcuni uomini della prima fecero parte anche della seconda, e il comune nome di Accademia favoriva la con-

applaudire un tal divisamento come quello che può giovamento arrecare alla pubblica istruzione, non posso fare a meno di farle osservare che per l'attivazione di un tale istituto è d'uopo che questa società si uniformi a quanto viene prescritto dal R. Decreto 20-XII-1810. Quindi io debbo pregarla, Sig. Cons. Dir. Gen., di voler far consapevole la società predetta che qualora sia suo pensiero quello di coltivare l'amena letteratura ed altro oggetto scientifico è necessario che si faccia formale domanda per costituirsi in Ateneo secondo il par. 17 ed uniformandosi ai successivi articoli col precisare il suo regolamento all'istituto reale incaricato dell'esame, e dell'approvazione del medesimo. Ho l'onore, ecc. - Scopoli ».

## NOTE

(1) Della produzione di questi antichi Trasformati ho rintracciato uno (forse l'unico) saggio accademico da essi prodotto, ossia « Poesie degli Accademici Trasformati », Milano, 1548. Nella dedica notiamo la constatazione, per noi ora, malinconica, di rivendicare le speranze dell'Italia dalla protezione del principe straniero: « tal che l'Italia ben può in eterno / sicura da tiranni in queta pace / viver sotto i bei rai di vostra luce ». Nell'offerta al Principe di Spagna Governatore di Milano, si enuncia la data della fondazione dell'Accademia: « Noi Accademici Trasformati, sapendo essere antico costume di consacrare i primi frutti a Dio, non potendo con altra cosa più chiaramente riverirvi et dimostrarvi l'affezionata servitù nostra, ecco vi offeriamo le primizie delle nostre fatiche del presente anno, nel quale abbiamo dato principio all'esercitazione nostra ». Sono tutti sonetti di carattere religioso e amoroso alla petraschesca.

(2) E' proprio dell'anno 1546 (quando il Maioragio teneva in casa sua una scuola) il giudizio da lui formulato su una grammatica latina, quella del Moirano, assai utile, come egli dice, per l'insegnamento ai fanciulli. (Archivio di stato di Milano: autografi uomini celebri: sub nomine Maioragio). « Ego M. Antonius Maioragius Comes, publicus utriusque linguae professor, testor ea quae sunt a Barth. Moirano notata atque adiunc-

ta Regulis grammaticis et Pyladee et Donato, valde pueris atque discipulis esse utilis ad percipienda facilius et commodius litterarum rudimenta. Quocirca mihi dignum esse videtur, hac in parte privilegio sublevari, ne fortasse alii laborum eius fructus percipiant, atque illi ceterisque eruditis addatur animus ad ea cogitanda, litterarumque monumentis prodenda, quae nostris adolescentibus profutura sint; nam ipse Barth. Moiranus nobis communicavit quaedam etiam alia se habere ad puerorum utilitatem emittenda ecc.». Notiamo questo interesse scolastico del Maioragio in questa età di tentato rifiorimento degli studi e dell'istruzione popolare, quantunque ancora lontana dall'ideale. Anzi dobbiamo dire che scarso fu l'esito ottenuto da questi uomini dotti, come il Cicereio, il Maioragio, il Conti, ecc., se nel 1556 i decurioni di Milano presentarono a chi di dovere un lungo esposto per l'incremento dell'istruzione popolare in Milano. Perché la situazione di Milano alla metà del secolo XVI (e non solo di Milano) si era cristallizzata in questo modo: penetrato e diffuso il concetto della necessità dell'istruzione anche popolare, si credette di rispondere adeguatamente al bisogno in un primo tempo con fondazioni di tipo collegiale, a carattere più o meno seminaristico, o incrementando le scuole in istituti di orfani o di esposti. Ma rimaneva esclusa dall'insegnamento una grande quantità di fanciulli sia del popolo che del patriziato: mentre questi ultimi potevano provvedere con assumersi maestri privati o mandando alle scuole di privati maestri, quale quella del Maioragio, gli altri non avevano modo di accedere all'istruzione. Se facciamo la somma dei posti gratuiti istituiti nei collegi milanesi di varia fondazione, non si supera il numero di 200; perciò per soddisfare all'esigenza anche della sola istruzione primaria i decurioni domandarono nel 1556 la istituzione delle pubbliche scuole dislocate secondo le porte della città. (Milano Trivulziana; cod. 1331: pro bono publico mediolanensi: «il desiderio della città sarebbe che li grammatici fossero sei, cioè uno per porta quali tenessero schola publica aperta»).

(3) Di queste leggi abbiamo due redazioni: una stesura in forma maggiore ci è data dal Sassi; un'altra minore dal Vi-

schì; probabilmente la seconda è l'estensione fatta dal Vallisneri sopra i punti programmatici dettati dalla Borromeo.

(4) Molte sono le testimonianze che fanno risalire al 1743 e non prima la resurrezione dell'Accademia dei Trasformati. Il Giulini (Oratio in funere Imbonati) dice: «Pridie nonas quintiles anni 1743 primus habitus est publicus academicorum conventus summa doctorum ac nobilium hominum frequentia honestatus incredibile plausu prosae orationis et carminum excoctus».

(5) L'interesse che il Tanzi ebbe per la bella letteratura allora in voga in Italia, ossia quella erudita, e nel medesimo tempo il legame che intercorse fra lui e il Mazzuchelli, lo abbiamo dal fatto che il Tanzi si industriò a perfezionare la celebre opera del Mazzuchelli «gli scrittori d'Italia» (Venezia Correr, cart. Moschini, sub nomine Tomitano); lettera di Giulio Tomitano ad Andrea Savier (Oderzo 19-2-1786): «...Posso proporle uno scambio di codici... il secondo codice che è un volume in foglio atlantico, contiene le giunte e correzioni fatte dal celebre letterato milanese Carlo Antonio Tanzi a VI volumi degli scrittori d'Italia del conte G.M. Mazzuchelli. Anche questo codice è inedito e scritto di mano dell'autore... Non minore stima merita il codice del Tanzi pieno di scelte e profonda erudizione libraria e letteraria di notizie rarissime sfuggite all'occhio dei più diligenti bibliografi...». Ma poi il Tomitano pentitosi scrisse allo Savier: «Ho pensato di non privarmi altrimenti per ora dei due manoscritti che le offerì nell'ultima mia. Mi son troppo cari; ma se avrò a disfarmene saranno suoi...».

(6) Il Giulini nella «oratio in funere Imbonati» ricorda il rifiuto che i milanesi fecero di essere aggregati all'Arcadia di Roma, con evidente allusione al fatto che l'Accademia milanese intendeva perseguire obiettivi che non avevano nulla in comune con l'Arcadia. Ricorda il tentativo fatto dal Morei, custode generale dell'Arcadia, di ascrivere l'Accademia milanese alla romana e di formarne una colonia, tentativo respinto

**Cerchiari Luigi crs. (1603-1636)**, *Patris Primi de Comitibus Mediolanensis V. Hieronymi Discipuli Encomium* (ms., copia della fine del sec. XVIII, grafia di p. Annoni Baldassarre crs., Preposito di S. Maria Segreta in Milano: cf. Paltrinieri, *Notizie* 1805, 6 nota 10).

"(pag. 1) *Patris Primi de Comitibus Mediolanensis V. Hieronymi Discipuli Encomium* (P.ris D. Aloysii Cerchiari C.R.S.).

Prodit avita generis claritudine secundus nemini Primus, multiplici scientiarum ornamento secundus paucis. Hic (nota 1: Aug. Turt. in vita B. Hier. Ae.) a Desiderio Longobardorum Rege Italiae imperitante familiae derivat originem, qui tribus et sorore nepotibus Amphortio, Fusio, Cato ingentem terrae fractum inter Novum Comum, et Leucum Lupia ad suprema usque Lari divortia excurrentem liberali largitione partitus, comitum titulo nuncupavit, qui postea ferente temporum usu in nobile familiae cognomentum abiit. Sed quia principem in umbra, et plumis assidue versantem, multa solent vitia pro satellitibus circumstare, sanguinis claritatem operoso litterarum studio voluit accendere. Virtute destitute nobilitas hoc distat a statuis, quas colit in atrio, quod istis marmoreum caput est, illorum vivit imago. Primus igitur animum disciplinis adiciens, brevi promovit in omnibus. A libris nullus unquam ludus, nisi corporis lassitudo revocabat. Sed nimis tumultuario Primi virtutes congregimus, aut plus aequo Laconum affectamus brevilloquentiam. Vultis eximiam Primi Comitis in dicendi facultate peritiam conicere? Sane si parens Grachorum Cornelia (nota 2: Valeri Max. L. 4 c. 4), dum spectatae virtutis filios indigitavit, vermiculatas auro torques, et braccata monilia praetendit, argueat vos Primi sapientiam, dum Marcum Antonium Maioragium in eloquentia discipulum habuisse pronuncio. Dum Maioragium loquor, loqui me norunt omnes, Musarum Delicium, suadae Medullam, Italum Theophrastum.

Exhibuit in praeceptorem grati specimen animi Maioragius, cum universum fere de eloquentia Dialogum in Primi laudes insumpsit; <Etenim quis Primi laudes brevi posset oratione comprehendere? (Maioragium vobis produco loquentem) cum in trium linguarum classicis auctoribus, nihil fere possit inveniri, quod ille non diligenter excurrerit, nihil in liberalibus disciplinis, quod non optime perceperit, nihil memoria dignum, quod perfecte non edidicerit; taceo de sanctissimis eius moribus, vitae severitate, de continua rerum divinarum cogitatione, ac locutione>.

Ecce an Maioragius gratis Moderatori rependerit, et acceptas (pag. 2) retulerit disciplinas. Sed illud me summam rapit in admirationem, quod cum Maioragius in Dialogo Primum adducat, ut de eloquentia sententiam efferat sua, Primus nihil minus quam de eloquentia sollicitus, sermonem alio convertat, et de rebus supernis liberaliter eloquatur: <Equidem (ita Primus incepti) si quid esset inter nos de pietatis studiis disputandum, dicerem aliquid libentissime: cum praesertim locus hic amoenissimus, et haec omnia tam bene vernantia, coelestis illius, a Deo promissae regionis, memoriam nobis sufficere videantur. Videte quam rideant omnia; quid hoc spectaculo speciosius? quid aptius ad aeternae vitae meditationem? nam, sic opinor, omni tempore, sed longe praestantioribus virere floribus campos Elisios: non eos, quos Asphodelo (cf. Paltrinieri 1805, 115, nota \*). Asfodelo, erba di cui Luciano dice si cibino le ombre giù negli Elisi, ecc. ndr) consitos, inferas beatorum sedes esse Poetae fabulati sunt, sed ad quos, nos, qui Christum sequimur, quotidie laborantes speramus aliquando pervenire>.

Siccine Prime Comes ad postulata deflectis? Siccine discipulorum morem geris voluntati? Siccine extra chorum saltare didicisti? Ita ne te Rhetorum exedrae docuerunt, ut a scopo discederes, ut non solum haereres, sed errares in limina? Discipuli in unum te petunt, tu aerem Ardatarum more diverberas? Ah! pectus illud Primi eructabat, quod ante biberat, nec prius loqui poterat, quam



Deo plenus. Non ille ad excolendum ingenium immensam librorum struem congesserat, non insigniora priscorum a florentissimis Bibliothecis monumenta evocarat, quibus evolvendis ad lucernam Cleanthis nocturnas excubias impenderat; non fidebat ingenio, quo veluti oculo res difficillimas rimaratur, sed unum solummodo in caris habebat librum scriptum intus, et foris sanguineis virgatum lineis, salutaribus interpunctum notis, Crucifixum. Et sane, quis nisi speciali suffultus auxilio potuisset tam multa, tam varia mente complecti, sicut Primus? Quis tot linguas constanti adeo memoria sequi, nisi copiosa in ipsum coeli beneficia fluxissent? Ille in hebraicis literis instructissimus erat, in Chaldaeis non perfunctorie versatus, Graeco, Latino idiomate consilium animi faciliter adeo promebat, ac si materno sermone rem aliquam domesticis auditoribus explicaret.

Vixit Primus supra quintum, et nonagesimum annum, adeo vegeta rerum omnium memoria, ut quocumque de (pag. 3) argumento interpellaretur, et tempore cumulatissime responderet, doctorumque placito adeo fideliter redderet, ac si nuper de libro, quae producebat, hausisset. Quid mirum certatim illum Ordines Religiosi deposcerent, ut Sacrae codicem historiae divinus interpres exponeret, refertasque sacris misteriiis arculas reseraret? Quid mirum in dirimendis de interiori foro quaestionibus arbitram adhiberet; illius responsa tamquam oracula, non ex Apollinis tripodum prodeuntia, sed divino afflata spiritu susciperent, amplecterentur? Quid mirum ad Sacrum Virginum Gynaecea Sacrorum Antistitum imperio diverteret, ut conceptum illarum in cordibus charitatis ignem, novis subinde flammis accenderet, seque Christi Ministrum ignem faceret prorsus urentem? Vidit Primi eximiam sapientiam Novocomensis Antistes (Joannes Antonius Volpi Ep. Novocom.), et cum novi quidam Pseudoteologi, christianaeque Desertores ecclesiae in Valle Telina perniciosa catholicae fidei dogmata proseminarent, imperitamque plebeculam captiosis rationibus irretirent, Primum ad Vallem illam, non tam altissimis cacuminibus umbris opacatam, quam errorum tenebris undique circumfusam repente dimisit, ut grassantem incendio lethali flammam imbribus eloquentiae restingueret; defixas alius haeresis improbae radices evelleret, hydramque multiplici capite desaevientem, et ferro disputationis, et flamma charitatis enecaret. Non detrectavit Primus tanti provinciam laboris, sed apostolico plane pectore perfidos illos Mystagogos in disputationis arenam vocavit, theologicoque congressus certamine ab insanis illos opinionibus tum acri argumentorum contentione retraxit, ut omni errorum detersa caligine pestilentem haeresim eiurantes, ad Sacrum Morum Censorem festinarint. Antiquum nuper eventu Alexandrinae Virginis facinus nostris Primus temporibus innovavit. Tunc enim de quinquaginta selectis toto orbe Philosophis una Virgo dicitur triumphasse, et valere iussa Idolorum Religione ad verum Dei cultum traduxisse. Modo vero plures, et plures christianae fidei perduelles ad saniozem mentem revocat Primus, in hoc vere primus, et tanto Chatarinae superior, quanto difficilior est haeresi infectum, quam Diis addictum Gentilibus hominem ad legitimum Christi vexillum inflectere.

Sed ubi me cepit oblivio, ut silentio pene convolverem, ad celeberrimum Tridenti Concilium accersitum fuisse Primum, ut (pag. 4) Christi ecclesiam pene collabentem non humeris, ut olim Franciscus, sed linguae viribus sustineret? Scitis auditores, quam saevis haeticorum procellis jactata periclitaretur ecclesia: quam fero turbine Petri navis quassata fluctuaret cum Luterus, Calvinus, Zuinglius, feralia Inferorum monstra, Cerberei canes, vel Cerberus tricpite capite putidos contra illam haeresis spiritus libris editis inhalarent. Convenire iussit Tridentinam in Civitatem pontifex integerrimus Pius IV aliquot Sacrosanctae purpuratos Patres Ecclesiae, Archiepiscopos, Episcopos, Theologos insigniores, ut fidei veritas, quae jam labefactari videbatur, sapientissimorum hominum ingenio discussa firmaretur. Petuntur Germaniae, aditur Gallia, miscetur Hispania. Non Sacri Religiosorum Ordines, non eruditissimae Civitatum Academiae relinquuntur. Vocatur in hanc palestram quidquid eruditorum hominum erat; ipse jam terrarum orbis suis exauviebatur sapientibus: literae omnes Tridentum confluisse videbantur. Primus etiam inter alios Summi Pontificis auctoritate vocatur, qui sedulam cum aliis navavit operam, ut nefariorum hominum damnaretur improbitas, retunderetur audacia, impudentia cohiberetur. Dolere ex parte debemus, quod cum tantis expolisset animum disciplinis, nulla posteris suae monumenta doctrinae reliquerit: sed dolorem levare nostrum illud potest, quod de Primo in Aemiliani Vita pronuntiavit Albanus: *<Scribere renuit, quia quod scribendum erat, quotidianae operationis pagina monstravit>*.

Verum non in hoc Primum auditores miremini, stupete potius, quod cum tantis ab unoquoque coleretur officiis; cum tanti estimaretur ab omnibus, ipse se nihil estimaret. Stupete quod hominum sapientiam aspernatus mundi insipientiam eligeret. Stupete, quod nihil scientiae vento turgeret, quin imo propriis in oculis evanesceret. Inverat jam cum Hieronymo Aemiliano necessitudinem; hauserat, vel potius auxerat illo loquente divinum spiritum; unde quoties Novocomensem Civitatem puerorum manipulo circumseptus appareret Aemilianus, toties illum humanissimis benevolentiae argumentis hospitaretur. Proh! quoties decumbenti ad mensam Hieronymo (pag. 5) propriis ille manibus, aut epulas ministravit, aut propinavit in poculo? Quoties pueros Hieronymi comitae extrema confectos inopia coemptis tunicis convestivit? Quoties Aemiliani consilium aemulatus patria in Urbe numerum conscribere coepit infantium, quorum non tam examine, quam agmine violentas coelo manus inferret? Loquatur Novocomensis Civitas, Patrem Patriae loquatur, cum eius singulari labore duo statim pupillis excipiendis erecta fuerint Xenodochia, ut pietatem, quae antea a civium animis exulare videbatur, in Urbem non vulgari operum testimonio revocaret. Scilicet eloquenti concione, prout divinus copiosa spiritus verba sufficeret, Concives suos acriter erigebat, ut moerentem orbem qualore patriam tandem solerentur, errabundos divagari sine hospite pauperes, seminudos, ac fame consumptos in trivitiis precariam vitam producere potius in horam, quam traducere dies; Christianae fidei praeceptorum ignaros, decere Novocomenses homines, quos pietas eximia commendat, commendatos habere pupillos Urbis, ac Christi pupillam; scrinia tandem auro conferta recluderent; flagellatos pecuniis areas exenterarent, aurum posse tantummodo iudicis irati delenire vindictam. Ita perorabat Primus, cum primus ipse divitias a se cepit ablegare, dilapidare pauperum comodis facultates, egenos unum in locum cogere, in tanta pietatis segete summam opem, summam operam collocare. Caeterum quia conceptum ignem Novocomi splendescere solum non sinebat Aemilianus, novorum illi spartam locorum demandavit, ut ilius primum spiritu succrescerent nova germina, qui divinae primus aurae propitios afflatus admiserat. Siccine igitur de theologiae magistro in discipulum, Prime, converteris? Alios ad studia provocas, te promoves ad servitutem? Siccine arcem superbiae animi submissione prosternis? Alios altissimis disciplinis instituis, te vilissimis officiis mancipando destituis? Ubi sunt eruditae conciones, ubi sacrarum literarum commentarii, ubi perpetua, sibi quae succedentia studia, quibus tam glorioso nomine desudabas?

Nova te forsitan rapuere subsellia, nova te studia vocarunt, dum animo reputas, et identidem usurpas: *<praestantius esse bene agere, quam erudite disserere>*?

(pag. 6) Valet jam profana sapientum Licea: valet Platonicae Accademiae; sileantur Zenoniae Porticus, ubi masculam sordido sub pallio Philosophiam, sed sordidiores animo Philosophi profitebantur. Exulate qui tetrico supercilio Curios simulatis, et vivitis Bacchanalia, qui fuscis, ut ille cecinit, amictu colores praetenditis, sed Galbanos mores habetis. Discite vos Graeciae Sapientes a Primo philosophima non in detritis lacernis, non in promisso barbisiococonsistere, sed ab ipso virtutum cultu pendere. *<Nox, et tenebrae (accipite egregium Primi Comititis pronunciatum) errorumque ambages sunt superiora omnia. Vera mihi Christianae philosophiae lux abortiva in humili Hieronymi schola, ubi non ingenium exacu, sed voluntatem expolivi, et ad Dei amorem incendi, egregio mei ipsius, rerumque humanarum contemptu in dies experior>*.

Et quas, Prime, non habuisti palestras spiritali certamine dimicandi, quo non in pulvere ad singularem pugilatum hostem terriberrimum provocasti? Mediolani dum per Urbem sub tuae umbram clientelae pauperes adoptares, et sub Crucis vexillum novo tyrocinio informandos admitteres, quid nisi contra Tartareas acies phalangem instruebas? Somaschae dum rudes, et gregarios homines catechesim edoceres, Dominicam preactionem, Anglicam salutationem decantares, quid nisi militarem Christi disciplinam erudiebas? Novocomi dum novas domos, ac templa sustolleres, egentibus, ac desolatis valetudinaria locares, quid nisi ad eludendos Tartari conatus aggeres, et valla stibabas? Sed tunc revera Hieronymum, Comes strenuissime, secutus et antesignanum, dum sublimi sacerdotii dignitate initiari noluisti, cum recte calleres, illum in Christi sodalio vere primum, qui ex animo cupit esse postremus. Licet, ne hac quidem via Primo licuit, Auditores, sacerdotalis apicis declinare fastigium, cum Nicolaus Ormanetus Divi Caroli tunc Romae commorantis Vicarius, ab hoc illum voto solidis argumentis retraxerit, et inelinata jam aetate plane septuagenarium ad sacros

Ordines adeundos et monitis, et praeceptis excitavit.

Non ego hic prosequor, quibus se precibus ad huiusmodi dignitatem muneris apparaverit, quibus ieiuniis animum expolierit, quibus afflictationibus spiritum exacerit: reputate vos Primum in detergendis levium criminum maculis (pag. 7) in adornando virtutibus animo ultimam manum adhibuisse testor historias, quae minime dubiam mihi fidem conciliant, dum conceptis fatentur vocibus, Primum (nota 3; Aug. Turt. De Vita B. Hier. L. 2, c. 2) exomologesi praehabita totius vitae curriculum clavibus subiecisse, ut purior hostia ad hostiam litandam accederet. Testor pervagatam jam famam, quae invalescente communi consensu percubuit, Primum Sacerdotalis promittas Ordinis tantum lacrymarum imbre, ut illius cibi dulcedine liquesceret totus, et absorberetur in Deum. Ex hoc fonte deliciarum, et voluptatum torrente derivavit Primus, quod cum coelestis ambrosiam mansae degustasset, terrena haec omnia corporis oblectamenta contemneret, cum ad promptuarium illud, ubi sunt divinae potentiae thesauri accessisset, divitias opumque comoda declinaret. Scitis, Auditores, Syrenes esse has humani sensus illecebras, et voluptatis auecupia, quae ementita boni facie, et aspectu formoso mortales irretiunt.

Scitis esse Circes, quae propinato deliciarum poculo mentem a sua sede decutiunt; Primum tamen subdolis ita blanditiis obstruxit aures, abduxit animum, ut cum a Gregorio XIV Summo Pontifice impense deligeretur, sibi quae pingua beneficia, dignitates, munera proferentur, nunquam ad aliquid accipiendum adduci potuerit; ita paupertatis erat studiosus, qui solas divitias in coelestis boni acquisitione collocaverat. Didicerat nimirum a primis cunabulis animum ad coelum erigere; studiis impendere tenellae labores aetatis, ut maiori proventu uberrimam posset virtutum segetem colligere. Nec poterat non fructum referre copiosum qui in humili sui ipsius depressione altissimas radices defixerat; non poterat non ad coeli usque fastigium attollere, qui suis in oculis ceperat exinaniri; cuius ego magnitudini respondere cum nequeam, sed pedestri sermone cogar humi repere, subsistam hic libentissime, ne videar de Primo Comite, qui sublimem postulat eloquentiam humili oratione perstreperere.

(pag. [8])

De origine  
Familiae Nobilissimae  
P. D. Primi Comitis.

P. D. Primus Comes a Desiderio Longobardorum Rege ex sorore originem ducens, humana, divinaque sapientia apprime eruditus, Gregorio XIV carus, Concilio Tridentino P. P. testimonio interfuit.

Ex Inscriptionibus habitis a P. Bulzia.

Ab Augustino Barilío Bergomensis

Virtutis, morumque indole haud secundus fuit Primus e praenobili Comitum stirpe, Patria Novocomensis; cum linguarum peritia inter paucos excultus, tum egregio bonarum artium, divinarumque verum studio illustris, Qui Aemiliani Institutum ex animo amplexus, generis, et doctrinarum splendorem mirifica adiunxit insigni modestia, qua se Magistro Literarum rudi Orphanorum obsequio mancipavit.

Salvat. part. I Hist. Cler. Reg. pag. 226.

Sub artic. 15.

... Questi fu Lettore in diversi famosi Monasteri, ed un Martello degli Eretici nelle pubbliche dispute, e fu per la sua gran dottrina chiamato al Sacro Conc. Generale di Trento, di commissione di Papa Pio Quarto, e nel detto Conc. fu molto stimato da tutti quei Prelati, e teneva il luogo in esso del Vescovo di Padova, che fu chiamato a Roma.

Moriggia Lib. 3, cap. 13, pag. 148 della Nobiltà di Milano.

(pag. [9])

Nella vita d'Angelica Paola de' Negri Milanese  
scritta da Giambattista Fontana de' Conti,  
e stampata in Roma nel 1576 vi sono  
queste parole alla pag. 70 cap. 28.

Il Venerabile M. Primo de' Conti uno di quelle persone, a quali Iddio ha dato grazia di congiungere somma cognizione di gran dottrina con somma bontà di lunga vita, essendo da molti, e principalmente da Mons. Carlo Cardinal Visconte allora Vescovo di Ventimiglia instato d'andare come Teologo a quello celeberrimo Concilio di Trento, fu ammonito, et ispirato di portarsi a vedere il Libro di queste poche Lettere della MAdre Maestra Angelica Paola de' Negri &c.

Dalle stampe Vaticane di Roma con privilegio Pontificio si trovano queste Lettere Spirituali date in luce l'an. 1576.

Piccinelli nell'Ateneo de Letterati Milanesi pag. 444, c. 45 come registra in compendio La Vita di Paola Antonia de' Negri.

(pag. [10])

Ad Io: Marcum Fannianum Patric. Mediolan:  
Pro suo Poemata de Bello Ariano

(Fagnani Giovanni Marco, *Io. Marci Fanniani patrici Mediolanensis  
De bello Arriano libri sex.*  
Milano, per gli eredi di Ponzio e Piccaglia 1604, in 4° pagg. 159 ndr)

P. Primi Comitū  
Epigramma

Ede tuos tandem Populo sex Marce libellos  
Quid cessas? Cineri gloria sera venit.  
Per te crescet honos Divo, dum nota legenti  
Fient Ambrosii carmine gesta pio.

Aliud

Ambrosium celebras facundo carmine Fanni:  
Quid mirum? Ambrosiae fluxit in ora liquor.  
Ille ferum sacris domuit virtutibus Hostem;  
Ille etiam infudit carmina digna tibi™.

Argelati F., Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium. Milano 1745, tomi 4 (Bibl. Civ. Mai, Bergamo: Sala 34.P.10.20/1-4). Cf. elenco religiosi somaschi citati in: Somascha 1986, 40:

**tomo Primo, pars altera:**

“(col. 447-449) **DCIL De COMITIBUS PRIMUS**. Primus Comes, seu de Comitibus, Aloysii filius Mediolani in lucem editus, Vir fuit acutissimi ingenii, quod quidem bonarum artium studia ita coluit, ut non modo latinis, graecisque, sed hebraicis quoque, atque chaldaicis litteris instructus esset. Tam humanis ergo, quam divinis pereruditis doctrinis, speciali etiam in rebus agendis prudentia emicuit. Novocomi, cum degeret hospitio, excepit Venerabilem Dei Servum Hieronymum Aemilianum Congregationis Clericorum Regularium, qui de Somascha nuncupantur, Fundatorem, cuius accensus colloquiis, & incitatus exemplo, antea vitae, quam innocenter ab incunabulis traduxerat, nova virtutum ornamenta adicere decrevit. Socium igitur Hieronymo se adiunxit, cui ob solidam doctrinae vim, & perfectionis studium gratissimum semper extitit. Jam ingravescente aetate Sacerdotii dignitatem, quem semper humilime recusaverat, tandem ut obedientiae morem gereret suscepit, hortante in primis Nicolao Ormaneto Sancti Caroli Borromaei Vicario, cuius doctrinam, atque prudentiam optime mihi datum fuit agnoscere in percurrentis Epistolis, quae maxime in negotiis arduis Sancto Carolo scriptae reperiuntur in saepe relata Collectione amplissima Bibliothecae Ambrosianae. Dogmaticam Theologiam Mediolani plures annos docuit, sacrosque libros summa cum hominum admiratione ibidem e cathedra interpretatus est. Verbum etiam Dei nedum populo, verum etiam Sacris Virginibus majorum iussu ferventissime ministravit. Episcopi Novocomensis mandato difficilem sane suscepit provinciam, missus ab eo in Tellinam Vallem, ut ibi Novatores, eorumque Pseudopastores argueret, ac confutaret; sed infatigabili zelo Sacerdos invictus cum eis tam strenue decertavit, ut eorum quamplurimi resipiscentes, ejuratis erroribus ad Christi gregem rediisse perhibeantur. A Pio IV Summo Pontifice ad Oecumenicum Tridentinum Concilium missus, absentis Patavini Episcopi nomine celeberrimae illi Synodo interfuit, atque eruditionem suam plaudentibus Patribus universis non raro in medium protulit. Gregorio quoque XIV acceptissimus fuit, qui cum plurima Primo Ecclesiastica beneficia satis pingua obtulisset, humilitatem ejus omnia respicientis, ob insitum evangelicae paupertatis amorem, miratus est. Liceat quandoque in rebus seriis aliquid lepidum proferre, ideo hic addo, quod narrat de Scriptore nostro consanguineo suo, necnon Praeceptore M. Antonius Majoragius Orat. X pag. 221 & sequenti, his verbis: <Cum in Germaniam ea de causa profectus fuisset, ut Erasmi consuetudine per aliquod tempus frueretur, priusquam ipsum Erasmus conveniret, ad eum litteras dedit, quibus adventus sui causam declarabat, quarum in extrema parte nomen suum, ut fit, ita subscripserit (col. 448) rat: Tui studiosissimus Primus Comes Mediolanensis. Hanc cum Erasmus subscriptionem vidisset, credidit statim magnum aliquem adesse Principem, sui visendi gratia. Quare licet admidum senex, & infirmus esset: tamen quo studio, quoque apparatu potuit, obviam consobrino meo longe processit. Sed postquam homunculum unum, nullo comitatu, nullo servorum grege stipatum, & bene quidem litteratum, sed nullo elegantiori cultu vestitum reparit, errorem suum ridere jucundissime coepit, & tamen eum sibi multo gratiorem advenisse, quam si magnus Princeps fuisset, multis audientibus testatus est>. Tantum Virum mors terris rapuit Anno MDXCIII aetatis vero suae XCV. Benedictus Sossagus pronepotem Primi nostri se testatus, hoc ei scripsit Epitaphium, quod legitur inter Epigrammata eiusdem lib. VII in haec verba: <Epitaphium Primi Comitis Avi. Pierides multo conspergite vere sepulchrum: / Laurigerum tumulo figat Apollo nemus: / Aeterna aeternos cineres ut protegat umbra, / Ut docta in violis molliter ossa cubent. / Occidit ille senex Insubrum gloria Primus, / Flos Latii, Graji laurea, palma Syri. / Insuber hos cineres sertis perfundat odoris, / Lacte Auson, vino Graecia, thure Syrus>. Miramur interea Augustinum Turturam eruditum aliqui Virum lib. II de Vita praedicti Ven. Hieronymi Aemiliani capite XIII post narrata praeclara Primi gesta, asserere non dubitasse, Virum hunc doctissimum nulla post se litterarum monumenta reliquisse:

multa enim ego ipsius Opera inveni, quae saltem ex parte ipsa esse suspicor a Picinello relata sub generali nomine <Orationum latinarum> nulla adiecta loci, ubi impressae fuerint, vel anecdotae lateant, mentione. Ea sunt:

I. Primi Comitūs Mediolanensis Orationes duae, una de laudibus Vitae coelibis genere demonstrativo, altera Consolatoria ad Parentes pro sororis morte, in genere deliberativo.

II. In Salustium Crispum Oratio tertia.

III. Pro sobrietate adversus ebrietatis Assectatores Oratio quarta.

IV. Pro C. Dominico Protectore nostro adversus teterrimos homicidas Antonium, & Alexandrum Oratio quinta.

Omnes in Cod. MS. in fol. qui extat in Biblioth. FF. Marchionum Vicecomitum.

V. Epistola eiusdem ad M. Antonium Majoragium, & Majoragii Responsio ad eundem. In MS. Bibliothecae Ambrosianae sign. C. num. 244.

VI. Praefixum est eius Epigramma Poemati de Bello Ariano Joannis Marci Fagnani.

VII. Litterae Primi latinae ad Gregorium XIV cui gratulatur Pontificiam dignitatem recenter adeptam: laudantur a Turtura loc. cit.

VIII. Epistola altera latina ad Petrum Galesinum, in qua M. Antonii Majoragii Opera edita, & inedita recenset, cum eiusdem Epitaphio, & laudibus tam Majoragii, quam Galesini, dat. Mediol. Kal. Febr. MDLXIX. Extat inter Epistolas MS. Francisci Cicerei, ut supra.

IX. In lib. II Epigrammatum Spinulae extant Epigrammata duo, cum eiusdem Primi Responzionibus.

Plures Epistolae eruditione Sacra, atque Profana repletas, scripsit ad eundem Jo. Jacobus Aelius, de quibus mentionem fecimus suo loco.

Extant ad eum Epistolae Francisci Cicerei. MSS. Biblioth. FF. Vicecom. atque in altero Biblioth. Monachor. Cisterciens. S. Ambrosii sign. A. num. 18 in 4<sup>o</sup>.

Hoc legitur ad eum Ferdinandi Abduensis Epigramma: (col. 449)

<Ad Primum Comitem Dialogus, Author & Primus. / A. Cum sis Primo Comes, tibi quae sunt oppida? quisnam / Subditus, ad nutum quem tua jussa movent? / P. Non me divitiis, verum virtute beavi, / Aonii dicor nam Comes esse chori. / A. Si Comes Aonidum, si Musis carus haberis, / Cur tibi, si studeas, littera quaeque nocet? / P. Cum Aonidum juvenis Comes evasisse viderer, / Fertur Apollo novum me timuisse Ducem>.

Sigismondus Folianus ad eum binas dedit Epistolas. Prima est V. lib. IV, altera est IX. lib. V. Consolatoria pro morte Antonii eius Fratris Viri non illiterati.

Extant ad eum plura Carmina supradicti P. Francisci Spinulae inter eius Poemata, de quibus suo loco.

Inter Imitationes Catulli num. 36 adest Dialogus Metricus satis longus de Mortuorum Sepulchris, in

quo inducitur Primus Comes, cum quodam Episcopo Tridenti colloquens a Spinula ipso conscriptus.

Idem Spinula in libro, cui titulus est de intercalandi ratione, testatur se id Opus composuisse hortante Primo Comite, priusquam hic ad Tridentinum Concilium pergeret, eo ductus a Carolo Vicecomite Episcopo, tunc Intimiliensi, anno dein MDLV die XII Martii S.R.E. Cardinali creato.

Comendant Clarissimum Virum citatus Turtura; Moriggia Nobilit. Mediol. lib. 3 cap. 13; Crescentius in Amphit. pag. 184; P. Franciscus Spinula lib. 2 Epiogr.; Sison. in Schedis; & Picinellus in Athenaeo pag. 474".

307

Già in una mia nota ( iv. Ord. PP. Som., fasc. 128, pag. 90 ) indicai che il nostro P. Primo De Conti partecipò come teologo e membro della Congregatio privata del Concilio provinciale lombardo, formando parte della sezione " super simoniis ", dove è qualificato " Theologus R. d. s. Primus comensis ". Il suo nome " Primus Comes " è pure nell'elenco degli Examinatores del Sinodo di Milano del 1565, pubblicato da C. Marcora in " Memorie storiche della diocesi di Milano, vol. VIII, pag. 2597. Nello stesso volume, che contiene il preziosissimo studio " Nicolò Ormaneto Vicario di S. Carlo " si legge a pag. 389 una lettera dell'Ormaneto a S. Carlo, datata Lecco 21 8 1565, da cui apprendiamo che P. Primo de Conti fu convisitatore nelle vicarie di Lecco e di Brivio: " Mons. Vescovo ( Visitatore ) sta bene et resiste alle fatiche et fa con gran charità l'uffitio suo, né Messer Primo manca del suo aiuto ". In un'altra lettera dello stesso Ormaneto, datata Milano 21 XI 1565 ( ib. pag. 412 ) si accenna alla famosa questione dei " Depositi ", ossia la rimozione dei sepolcri dalle chiese e la riforma delle sepolture ( cfr. P. Oreste Caimotto: P. Primo de Conti al Concilio di Trento e nella Controfirma; in " Riv. Congr. Som., fasc. 84, pag. 17 seg. ). Il testo della lettera ci indica che P. De Conti ottenne di poter realizzare in Milano, cominciando dalla chiesa cattedrale, col favore dell'Ormaneto, la riforma circa le sepolture, secondo l'esposto che egli stesso già aveva inoltrato al Papa; dice la lettera: " I Depositi sono horrai qui nella città quasi tutti a terra, con l'esempio di quello che si è fatto nella chiesa maggiore, aggiungendosi la diligenza di messer Primo, al qual ho dato cura di queste, et qui, et fuori, né poteva haver homo più a proposito di lui, per l'h more, che già da tanti anni ha di veder questa opera ". Per il commento rimando al dotto e informato articolo citato di P. Caimotto.

In altre due lettere di S. Carlo all'Ormaneto troviamo accenno all'attività di P. De Conti in favore della diocesi milanese; nella prima ( ib. pag. 531 ) del 28 X 1564 se ne ha un accenno generico: " Scrivo due parole a messer Primo conforme al ricordo vostro "; nella seconda del 25 XI 1564 ( ib. pag. 541 ) sembra di vedere il motivo dell'intervento di S. Carlo: " A messer Primo nostro scrivo due parole et voi dovete confortarlo efficacemente che per il servizio di Dio et satisfattion mia et beneficio di quella chiesa non voglia in



modo alcuno abbandonare l'offitio dell'essaminatione, opra tanto infruttuosa et importante, facendogli buon cuore, perciocché Iddio non vuole da noi se non quello che si può. Et se gli esaminati non sono interamente secondo il desiderio suo, assai si supplicae all'obbligo nostro quando si cerca di haver di più sufficienti et dovremo sperar che con questa diligenza et con la gratia del Signore se ne havranno tuttavia de migliori ". In questa parole possiamo ~~legittimamente~~ legittimamente sospettare di avere un transunto delle " due parole " scritte da S. Carlo a P. De Conti dietro esortazione dell'Ormaneto, affinché recedesse dalle sue dissioni di esaminatore del clero, determinate da delazione avute da parte dei candidati.

Un altro frammento biografico assai eloquente si ricava dal seguente punto dinun'altra lettera di S. Carlo all'Ormaneto in data 20 I 1665, che riguarda l'ordinazione sacerdotale del De Conti. Il P. Paltrinieri nella sua vita del P. De Conti ( pag. 50 ) individuò bene quando affermò che P. Primo si decise a farsi ordinare dietro le insistenze dell'amico Mons. Ormaneto, e, soggiungiamo, con l'approvazione e dietro le esortazioni di S. Carlo, il quale scrisse: " Mi piace infinitamente che messer Primo vostro ( = nostro? ) sia disposto come scrivete di dedicarsi tutto al servizio del Signore Dio, et farsi prete, perciò non lasciate intepidire questo buon desiderio, ma essortatelo ad effettuarlo quanto prima, dovendo egli esser sicuro che questa sua obbedienza sarà gratissimo sacrificio a Dio. Pensate anchora se fosse bene dare a lui il carico di penitenziario del Duomo, e di quella cura della quale mi avete scritto, che supplire all'uno et all'altro peso insieme non mi par che si possa. Così lo avreste vicino per i bisogni occorrenti et con l'esempio suo farebbe giovaente in un di quei luoghi pettando potreste ragionar seco et intendere l'animo suo ".

Possiamo quindi far risalire l'ordinazione sacerdotale di P. Primo de Conti all'anno 1665, durante il periodo del Vicariato a Milano di Mons. Ormaneto, accettando l'indicazione dataci dall'Albani nella vita di S. Girolamo: " ( P. De Conti ) fecesi prete ad istanze grande di Nicolò Ormaneto "; quando contava ormai circa 70 anni di età. Certo egli è qualificato come prete negli Atti del Cap. Gen. del 1573 quando vi fu eletto secondo Definitore dell'Ordine Somsasco. E prima ancora, nel 1571, in documenti recentemente rinvenuti; in una nota del personale o ministri del collegio Taeggi di Milano, del 23 IV 1571,

